

Gen. 22. D. Naz. 28.

Ephes. 1.

Coloss. 1.

A. Lucif. 29. D. us. 30. epe.

Theoph.

31. Quis Paulus Sergio Lucius Dext.

Martyr. Rom.

32. Int. 33. ext. 34. manifest.

quemadmodum, & apud Gracos, hujusmodi indi-
lebat cognomen, Scilicet Romani, sic & Jacobus
sua fortitudine in lucam dicitur est Israel, Ge-
nes. 3. n. 28. Unde ait Nazianz. orat. 35. Pro pieta-
tis premio nominis commutationem accepit.
Novem esse choros Angelorum valde notum est.
Angeli, Archangeli, Cherubim, Seraphim, passim
in Scriptura nominantur Paulus ad Ephes. 1. n. 21.
Quatuor enumerat. Super omnem principatum, po-
restatem, virtutem, & dominationem. Et ad Colof-
sens. 1. n. 16 qui hos referens adigit Titonos, unde
illis tam diversa nomina à ab officiis, & suis actio-
nibus. Sic Origenes homil. 23. in Josue; Maxime
in rem nostram à diverso modo, quo se habuerunt
in pralio contra Luciferum. Author est Rupertus
lib. 1. de Victoria cap. 17. sic ait. Beati spiritus, qui
in Creatoris sui dilectione manserunt. & in virtute
steterunt, venerabilibus ordinibus distincti merito,
& splendidis nominibus decorati, &c. Qui in illo
bello summe dilexerunt Seraphim, qui multa ac-
cute penetrarunt machinationem Luciferi. Cheru-
bim qui primi fuerunt in bello. Principatus, qui
multa potestate, ac virtute regunt. Virtutes, &
potestates, qui cælum solum esse Dei sedem cæli
cælorumnam ex gloriosis factis merito splendidis
nominibus suere decorati.

describens Moyses summum rerum opificium,
ait, Creavit Deus, Gen. 1. n. 1. Deus, qui est ens su-
premius, & excelsum super omnia, qui ob sui subli-
mitatem nō potest defini nō dicitur, & nomina-
ri, nisi prius premisso, ac preposito admirabili opifi-
cio totius Orbis, ut notat Theophylactus Antio-
chen. lib. 2. ad Antioleam & ait. Non enim fas est deus
temere & otiose nullo sub ebo opere nominari.

hoc etiam consilio meus Jesus ab ineunte infan-
tia non sine pulvere, & sanguine parat sibi Jesus
nomine appellari. Luc. 2. n. 21. sed prius cultro cir-
cunciditur, & sanguinem fundit quod notavit D.
Bernard. serm. 5. Neque enim meus Jesus nomen va-
num, aut inane portat non est in ea magni nominis
umbra sed veritatis.

Quia noster Apostolus dicitur est Paulus à Pro-
confuli Sergio Paulo converso, ut jam dixi, de ipso
Sergio Paulo accipe, quid de eo scribit Lucius dex-
ter ad an. Christi. 16. Sergius Paulus Hispani, cordu-
ba, Barcinone, Cesar augusta, Senuncia, & plurimis
aliis Hispania partibus predicat, totaque Hispania
Provincias peragravit. Eum creatum fuisse episco-
pum in Gallia, tradunt graves Authores, de eo sic
habet Martyrolog. Rom. die 22. Martii Narbona in
Gallia Natalis S. Pauli episcopi Apostolorum disci-
puli, quem tradunt fuisse Sergium Paulum Proconful-
lem qui à Paulo Apostolo baptizatus, cum in His-
paniam pergeret, apud Narbonam relictus ibidem
Episcopali dignitate donatus est, ubi predicationis
officio nō segniter expleto claris miraculis migravit
in Cælum Plura de eo scribit & refert Baronius ad
citatum Martyrolog.

QUÆSTIO IV.

Quare D. Paulus Elymam magum potius per-
cussit cecitate, quam alia pœnas?

A It ei Apostolus, Ecce manus Domini super te
& eris cæcus, ut cecitas, quæ interius erat in
anima, & suis maleficiis abscondebatur, exterius ap-
pareret, & qui avertēbat proconfullem ne Apосто-
lum audiret, etiam nec ad eum accedere possent.

32. Int. 33. ext. 34. manifest.

Ingeniosè aliam rationem excogitavit D. Chry-
sost. homil. 28. in Acta. Etiam nunc ait, Ecce ma-
nus Domini super te, & eris cæcus. Quo ille adductus
est signo, hoc, & hunc voluit adducere, Paulus cum
in sua nequitia esset obstinatus cecitate percussit
aperitque oculis nihil videbat. Act. 9. n. 8. Apostolus
sua eximia charitate, maxime exoptabat hujus mi-
seri salutem; medium cæcitatē, quod utile agnovē-
rat ei adhibet, ut ipse ad salutem veniat, & visum
corporalem, & spiritualem recipiat.

Magnæ, ac summæ prudentiæ est, viam quam
agnoscis tibi proficiam, sequi, ab eaq; non desiste-
re ad quod nos admonet Jesus suo facto, ut homi-
ni cæco suum visum restitueret, Expuit in terram
& facit lutum ex spuro, & linxit lutum super oculos
ejus Joan. 9. n. 6. & quale remedium lutum ad pre-
standos lucidissimos hominis oculos. In primo opifi-
cio ex luto formavit hominis lucidissimos oculos
Deus, ergo medium quod fuit tam proficiam in-
formatione, erit in reformatione ac illuminatione
D. Irenæus, lib. 5. sic ait, Sumpsit Dominus lutum de
terra, & plasmavit hominem, quia propter Dominus
expuit in terram, & fecit lutum, & superlinxit illud
oculis ostendens antiquam plasmationem, & manum
Dei ostendens. Nec jam alteram requiramus ma-
num, nec alterum Patrem scientes, quoniam qui plas-
mavit nos ab initio, hæc in novissimis temporibus per
duos exquisivit nos. Lutum in manu dei fuit aptum
medium ad hominem formandum, erit & ad ipsum
restaurandum, ut discas eligere medium bene sibi
probatum, & aliud non requirendum.

Ex mandato Abrahæ servus senior domus ejus
proficiscitur in Mesopotamiam, ad quarendam
Sponsam filio Domini sui Isaac, & quænam sit
Virgo ad tantum matrimonium digna, oratione
facta ad Deum ex eo signo indagare intendit.
Puella cui ego dixerō, inclina hydriam tuam, ut bi-
bam, & illa responderit, bibe, quia & Camelis
tuis dabo potum, ipsa est, quam preparasti servo
tuo Isaac. Genes. 24. n. 14. Magna indagare in-
quidendum, cur homo senex, & prudentissimus ni-
aliud exoptat in fœmina eligenda ad tantum ne-
gotium; nisi tantum hospitalitatis gratiam, & be-
nignitatem, ac clementiam in extraneos, nil solli-
citus est, an puella sit pudica modesta, bene mo-
riferata, timens Deum, mitis, & mansucta, sed
solum de hospitalitatis indulgentia cogitat. Bonus
servus vehementer perquirebat augmenti domus
domini, viderat illa quanta bona multiplicata
sunt domino suo abrahamo ex hospitalitatis bene-
volentia, tres Angelos habuit in tabernaculo, Isaac
suscepit in promissione, & in eo Christum D. Ge-
nes. 18. Ideo in uxore dirigenda, maxime eandem
in extraneos propensionem exoptat, ut multipli-
cato hospitalitatis affectu in multum cumulum;
crescant, & augeantur cuncta bona, & ideo bo-
nus servus, ut expertus de fidelitate Domini sui nil
aliud querebat Procopius ait, Hospitalitatem no-
rat non nimiam esse felicitatis causam.

QUÆSTIO V.

Quare tam citò, ac festinanter pœna
cæcitatē apprehendit hunc mi-
serum?

A It Paulus ad magum. Eris cæcus non videns
solem usque ad tempus, & confestim occidit su-
per eum caligo. Sic & Elia ad quinquagenarium,
Descendat

33. D. Chry-
sost.

Quid sibi
sit utile
sequen-
dum.

34.

Joan. 9.
Me autem
aptum
in edifi-
cationse
su in re-
staura-
tione
D. Irenæus

35.

Gen. 24.

Illud eligo
quod ag-
noscis se-
lix.

Gen. 18.

Procop.

4. Reg. 1. Descendat ignis de Cælo, & devoret te. Descendit
ignis de Cælo 4. Reg. 1. num. 11. pueris illudentibus
maledixit Eliseus, Egressique duo viri de saltu la-
ceraverunt ex eis 4. Reg. 2. num. 24. sic & D. Petrus
dixit ad Saphiram, Ecce pedes eorum, qui sepelie-
runt virum tuum efferent te. Act. 5. n. 9. Exauditis
execrationibus ostendebatur deum approbare il-
lorum facta, quæ non ex ira, & odio procede-
bant, sed ex zelo justitiæ, & ut etiam fieret mani-
festum in quanta æstimatione justus sunt apud deum
D. Athanasius ad Anastas. Synai. q. 75. & ait, Vides
quemadmodum Deus suos honorans famulos, exaudit
eos, & preces eorum, & execrationem, Facit enim eo-
rum voluntatem, & exaudit eorum orationem.

4. Reg. 24.

A. Act. 5.
Rede
fama non
ex odio
sed ex
justitia.

37.

Eccle. 4.
Maledi-
ctus ex
zelo justiti-
æ exau-
ditur.

38.

Isai. 49.

Qui con-
tra concio-
narios le
opponunt
dicit per
cuiusmodi

Procop.

39.

Matth. 2.

Doctrina
Evangelica
lux, si
reflexatur
caligo.

Rede.

dim persecutores reliquit, ipsos ob lucem fidei ran-
dom se quærentes remisit.

QUÆSTIO VI.

Quare Apostoli Simonem Magum solum verbis
reprehendunt, at Paulus Elymam Magum non
solum verbis sed etiam cecitate?

Simon Magus diabolica plenus arte cum videret
quod per manus Apostolorum daretur Spiritus
Sanctus, accurrebat ad Apostolos oblata pecunia, di-
cens Date & vos mihi hanc virtutem, graviter in
eum invehitur D. Petrus, Act. 8. n. 20. Pecunia tua
tecum sit in perditionem & nulla imposta pœna. E
contra Elymam Magum non solum D. Paulus di-
ris verbis objurgat, sed etiam cecitate percussit,
Eris cæcus, & non videbis solem.

Respondet primo D. Isidorus Pelusiota lib. 1.
Epist. 354. & ait, Impium hominem prudenti consilio
Paulus coercet innoxia ipsi admonendi causa, cecita-
te, quæ etiam ipsum eo tanquam porrecta manu duxit,
ut Apostolo se in disciplinam traderet. Dicit enim
eo medicaminis genere incredulitatem suam curare,
quo etiam sanitate adeptus est. Ubi spes salutis est
sapienter correctionis pharmacum adhibetur, si
autem ulcus insanabile judicatur, correctionis re-
medium supervacaneum, de hominibus deprava-
tis, qui jam nullo modo proficerent, dicebat Jere-
mias 12. n. 3. Congrega eos quasi gregem ad vindic-
tam, & sacrificia eos in die occisionis. Et ait congrega
eos, ut explicat D. Hieron. Th. Raban. Hugo ut
solent oves macandæ congregari, imo & saginari
in ovile, & sacrificia eos, id est separa, seu sepone
eos, quasi rem sacram, ut nemo eos tangat, ut im-
molest tux justitiæ, ac debita pœnæ perfolvantur

Secundo Simon Magus opponebat se contra au-
thoritatem Apostolorum, eis faciens injuriam, dum
exultabat eorum virtutem, ac dona Dei posse pec-
cunia emi, vel vendi; at Elymas opponebat se salu-
ti spirituali proximorum intendens Proconfullem,
ac populum avertere, ne doctrinam Evangelicam
Pauli ad suam salutem audirent, Sancti etiam inju-
rias sibi illatas generoso, ac pacato animo susci-
piant, quæ verò vertuntur in damnum spirituale
proximorum rigido, ac forti animo, acrique pœna
conjuncta plectuntur, Vide multa verbo Charitas,
vel salus.

Tertio Tertullianus lib. de anima cap. 57. ait,
Elymas aque ut Simon prestigis adversus Aposto-
los multa dedit, sed plaga cæcitatē de prestigis
non fuit. Simon, & Elymas magicam artem exerce-
bant, tamen dei judicio cæcitatē pœna non affli-
gitur Elymas ob prestigias; sed ob ea, quæ ma-
chinabatur contra Apostolum, ac prædicatorem
divini Verbi, quam magicam arte, ac Dæmonis
pacto involuto, grandis, & operata sit dei offen-
sa, tamen durior, & gravior est illi injuria, ac
molestia fabricata in suos ministros, ac prædicato-
res, Elymas duobus criminibus inficiebatur, unum
ex arte magica, alterum vero ex his, quæ contra
Apostolum moliebatur? Cæcitas tamen non ei
contigit ob magicam, etiam esset gravius peccatum,
sed ob impia flagitia, quæ contra Apostolum pa-
rabat, ac intendebat.

Nabuchodonosor erigit statuam præcipiens, ut om-
nes procidentes eam adorarent, quod cum omnes presti-
tissent, exceptis Sidrach, Misach, & Abdenago, qui
accusati fuerunt de contempno regis mandato, quos
furibundus rex advocat coram, quod si non
impleverint

40. Difficultas
quæstionis.

Act. 8.

41. D. Isidor.
Pelusiota

Non pœna
corruptis
obstinatis
correctio
adhiben-
da.

Jerem. 12.
D. Hieron.
Th. Raban.
Hugo.

Intendens
ut dam-
num sine
male pro-
ximorum

43. Tertull.

Durius
dumitur ob
injuriam
in Aposto-
lum quam
in Deum.

44.

implevissent mandata, mittendos fore in ardentem fornacem, adjiciens arroganter Barbarus nulum esse Deum, qui eos posset liberare de manu sua, cui generose respondent sancti pueri, Ecce Deus noster, quem colimus potest eripere nos de camino ignis ardentis & de manibus tuis Rex liberare quod si noluerit, nonum sit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus, nec statuam auream, quam crexisti, non adoramus. Daniel. 3. n. 17. & 18.

Daniel. 3. 45. n. Zeno.

Ecce generosi predicatores, ut considerat D. Zeno Veron serm. 1. de tribus pueris, proclamant, & laudant Dei potentiam, magnificentiam, ac providentiam, quorum verbis ira exardens Rex eos mittit in fornacem ardentem, quae multipliciter succendebatur, & pueri in medio ignis intacti, ac laeti deambulant, & flamma vehementer succensa erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem. Ibidem n. 48. Qui ut ait Hector Pinto, fortitan erant, qui accusaverunt sanctos pueros, Valde mirabile ignis non comburit illos ob horribile Idololatriae crimen, quod est sane execrabile nefas, sed ob flagitiosum affectum in sanctos ac electos predicatores Dei, sic enim deus honorat, ut plus ejus ira exardescat de illorum contemptu, quam de negata sibi debita reverentia.

Petrus punitur machinatio contrarium quam contra Deum.

46. Zachar. 3.

Veniat huc locus communis, sed non vulgari expositione, ait deus per Zachariam 2. num 8. De suis doctoribus, ac praedicatoribus loquens, Qui vos tangit pupillam oculi mei, quae verba sic explanat Remigius Altissiodoren; & ait, Factum pro vexatione, & injuria debemus accipere, iuxta illud, Nolite tangere Christos meos, Sancti sunt quasi oculi Dei, quibus dicitur, Vos estis lux mundi, quos quis laedit habetur, quasi qui pupillam Dei tangat, & claraluce veli illum privare. Ita graviter Deum offendit, ac si conetur caecitatem in eum impingere, eumque suo oculorum lumine privare.

D. Remigius.

QUAESTIO VII.

Quare D. Paulus percussit Elymam Magum ait ei, manus Domini sit super te?

47. Difficultas quaestio.

Valde rigide, & aspere se habet Apostolus cum Elyma, quem sic appellat, O plene omni dolo, & omni fallacia, fili Diaboli, inimice omnis iustitiae, non desinis subvertere vias Domini rectas, Et nunc ecce manus Domini super te, & eris caecus. Cur super tot diras plagas, hominisque nequitas imprecatur, ut manus Domini sit super te, cum manus sit instrumentum tam ad bene faciendam, quam ad puniendum, & utroque modo sumitur in Scriptura; quae itur igitur in quo sensu hic apponitur?

D. Chrysofost. Supplicia Dei in medietate.

Divus Chrysofostomus apud Lorinum sic ait, Manus Domini super te, minime ultio erat, sed factio etenim tantum non dicebat, non ego factio, sed Dei manus. Manus domini sic percutebat, ut simul afferret medelam, & medicamen, non enim ordinabatur ad ultionem, sed ad salutem Elymae, ut ille punitus externa oculorum caecitate, respiceret, & oculos mentis aperiret, veramque Christi fidem agnosceret, ut ejus suscepta gratia a sua nequitia, vinculisque diaboli, & artis magicae, quibus tenebatur, desisteret.

48.

Cum Jesus pervenisset in terram Gerafenorum. Occurrit illi vir quidam, qui habebat Daemonium jam temporibus multis, & vestimento non inducitur, nec in domo manebat, sed in monum entis.

Luc. 8. num. 27. Maxime expendendum, quod ho-

mo jam per multum tempus ita esset sub diaboli crudeli jugo, ut expositus ab omni vestimento degeret, & ita sequestratus ab omni hominum commercio, ut illum non permitteret diabolus habitare in domo, sed tantum in monumentis; Cur ergo Diabolus tuum captivum, quem tota tua nequitia, ac astucia ab aliis hominibus separabas, cur, quae non separas a Christo, cur finis eum ad ipsum accedere, ut inde valeat te effugere, tuumque crudele jugum abicere? Manus divina ex alta sua permissione hominem tradidit crudeli tortori, ut eum tor, tantisque molestiis affligeret, igitur eadem, & simul liberat, & custodit ab eo, ut ad fontem misericordiae veniat, ut salutem, ac sanitatem recipiat. Divus Basilus Seleucus orat. 23. ponderans qualiter Demones se habuerunt cum hoc homine sic ait; Non in praecipitia projecerunt, non membratim diviserunt, non illato feno discerpserunt hominem, verum occultiore virtute stetit, resistitque contra excitatas a Daemonibus procelas in ipsis etiam suppliciis custoditus. Expende ultimum verbum, In ipsis suppliciis custoditus.

Deus in suppliciis custodit.

D. Basil. Seleuc.

Quaeres circa finem hujus hominis, Isidorus Pelusiota citatus superiori quaestione & glossa estimant hunc Magum hac pena respicuisse & Paulo Apostolo credidisse, & a caecitate curatum esse, sed postea fuisse relapsum, & ad Judaismum, ac Magicam rediisse, tradit Dionysius contemporaneus Pauli de Divinis nominibus cap. 8. Unde Beda asserit ob multitudinem suorum peccatorum fuisse damnatum.

49. Finis Elymae. Pelusior. Beda.

Act. 13. num. 13. Et cum a Papho navigassent Paulus, & qui cum eo erant venerunt Pergen Pamphiliae: Ioannes discedens ab eis reversus est Ierosolymam.

Num. 14. Illi vero pertranseuntes Pergen venerunt Antiochiam Puidia; & ingressi Synagogam die Sabbathorum sederunt, Num. 15. Post lectionem autem legis, & Prophetarum miserunt Principes Synagogae ad eos dicentes: Viri fratres si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem dicite.

Num. 16 Surgens autem Paulus, & magnum silentium indicens ait: Viri Israelitae, & qui timetis Deum, audite.

Versiones

CUM EXPOSITIONE III.

Verf. 13. Et cum a Papho. Syriacus, Per mare perrexerunt a Papho, in qua civitate fuerant ingressi, ut patet ex versu 6. lucratis ibi Proconsule, & aliis profecti sunt Paulus, & Barnabas, & venerunt in Perge Pamphilia. Illustrem civitatem in Regno Pamphylia; Ioannes autem discedens. Arabicus, Digressus est Ioannes, scilicet Marcus. Chrysof. & Baronius, Cornelius, Menochius dicunt, quod discessit ex pusillanimitate nolens sustinere tot molestias itineris quod mihi de tanto domini discipulo nullo modo videtur dicendum; nam postea pro praedicatione Evangelica longiora confecit itinera in Romam, & Alexandriam, discessit ergo ex aliqua justa causa, quae non exprimitur.

50. Syria.

Arabic. Chrysof. Baron.

Marcus ex justa causa.

Verf. 14

51. Graecus.

Verf. 14. Illi vero pertranseuntes Pergen, scilicet Civitatem, Graecus Relicta Pergen, venerunt in Antiochiam Puidia, quod additur a differentia Antiochia Syriae dictae ab Antiocho, de qua saepe egimus. Haec autem Antiochia Puidia est alia in Asia Minori. In die Sabbathorum, id est in uno die qui erat Sabbathum, sedentes praemulta modestia, ut inde haberent occasionem opportunam ut posdocerent.

52. Confusudo.

Verf. 15. Post lectionem legis, scilicet Pentateuchum, & Prophetarum cum Judaei convenirent in suis Synagogis legebatur aliqua lectio de Scriptura, & postea fiebat sermo. seu concio exhortatoria quo ad mores pro doctrina populi, sicut modo in Ecclesia sancta ex constitutione Apostolica, ut testatur S. Clemens lib. 8. Constit. cap. 4. post lectionem epistola, ac Evangelii in Missa habetur praedicatio, & in matutino, seu prima hora Canonica post Psalmos, & lectionem Scripturae, ac Evangelii leguntur Homiliae Sanctorum Patrum.

Clem.

35.

Miserunt Principes. Solebant majores, ac praesides, quando in Synagoga aderat aliquis advena illum rogare, an haberet dicendum aliquod opportunum verbum ad populum, sic modo rogant Paulum, & Barnabam, Si in vobis est sermo exhortationis. Arabicus, Si est sermo consolationis in vobis. Aethiop. Si quis est ex vobis, qui potest bene loqui, concionetur, quia eorum exhortatio magna consolatio est populi ad profectum spiritualem.

Aethiop.

Arabic.

Verf. 16. Surgens Paulus manu silentium indicens Arabic. Manum movens, silentium significavit antiquitus tali signo dato silentium denotabatur.

QUAESTIO VIII.

Quare isti, qui excitaverunt quaestionem contra Apostolos non nominantur, sed dicuntur, quidam?

54. Concionator novus magis placet.

Consuetudo antiqua apud Hebraeos erat, quod essent congregati in Synagoga, si aliquis superveniret advena, ut jam dixi in Expositione, ab eo postularetur, ut aliqua verba faceret, sic petunt a Paulo, & Barnaba, Si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem dicite. Quod fiebat tum ratione urbanitatis, tum quia omnia nova magis placeant, ut videtur significare Clemens Romanus. 2. Constit. cap. 8. ubi ait, Est enim hortatio, & monitio hospitum gravissima, & utilissima.

55. Graecus.

Sermo exhortationis queritur, seu ut est ex Graeco, Consolationis, Oratio exhortatoria ostendit quid agere, quid vitare quisque debeat, firmaque auditorum animos in omni honore, ac sanctitate, inde mirifice eorum mentes laetificat, ac perducunt. Sapiens Virgo maxime suas adolescentulas exhortatur ad suum dilectum perquirendum, dicens, Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus. Cantic. 5. n. 10. Neque enim quidquam boni coloris, quod non adducat ut Christum verum speciosum dicat praemillis hominum, & in hoc elucet quod sit electus ex millibus; quia, ut ait D. Hieronymus in Epitaphio D. Pauli, suo candore facit Virgines, suo rubicundiore martyres, ac charitate ferventes, nos ad se allicit, ac attrahit tot donis datis ac ac elegantissima sua praesentia valde perjudicanda ac delectabili D. Gregorius Magnus ibi sed enumeratis tot laudibus, ostensis tot muneribus, quis audiens non concupiscat, quis intendens non inardescat, &c.

56.

Verba exhortationis, quae animos attrahunt, devincunt, & ligant, laudans divinus Sponsus suam

dilectam Sponsam ait, Sicut vitra coccinea labia mea. Cantic. 4. n. 3. Quid habent labia cum vitra coccinea quod cum ea potius comparantur, quam cum alia re? Per coccineum inflammant, per vitram ligant & attrahunt. Theodoretus ait: Verba veritatis profert, quibus tamquam funiculo quodam capiuntur audientes, & vincuntur.

Cant. 4.

Theod.

Ait Deus Jeremiae 1. n. 10. Ecce constitui te hodie, ut evellas, & disperdas, & destruas, & dissipes, &c. Multus labor imponitur Prophetae adversus opes, ac vites criminum, sed quo ferro, quae manu apposita? Textus indicat. n. 9. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Raltrum, quo vates radices evellit scelerum, & artes evertit demonum, Dei verbum est quo Jeremias turres subvertit superbiae, & caliginosas ignominiae nubes dissipat, Dei sermo est. D. Hieronymus, apud glossam, Jeremiae os tangitur, & Domini verba tribuuntur, ut confidentiam accipiat praedicandi.

57. Jerem. 1.

In sermone Dei multis vis ad trahendum.

D. Hier.

Agit hic D. Paulus a vers. 17. usque ad vers. 42. & a vers. 23. de moralibus, quae fecit Deus cum Patribus eorum, & quomodo Deus eos eduxit de terra Aegypti, quae late per multas quaestiones a nobis sunt explicata in concione D. Stephani cap. 7 a vers. 2. & etiam hic D. Paulus a vers. 24. usque ad 40. multa agit de morte, passione, ac resurrectione Christi, de quibus diffuse agit D. Paulus in suis concionibus tum cap. 2. a vers. 22. & deinceps & cap. 3. a vers. 13. quae omnia a nobis pro viribus satis sunt explicata, duo tantum restant exponenda, de quibus agitur in textu, unum circa Davidem, alterum circa Christum D. Salvatorem nostrum.

QUAESTIO IX.

Quare David dicitur Vir secundum cor, &c.

Ait D. Paulus in praesenti, quod amoto, & reprobo Saule vers. 22 ait Deus, Inveni David filium Jesse virum secundum cor meum, qui faciat omne voluntates meas, quod de eo fuerat dictum per Samuelem ad Saul. 1. Reg. 13. n. 14. Quis fuit Dominus sibi virum secundum cor suum, quod communiter explicatur per praesentem locum Pauli ideo vir secundum cor Dei, quia fecit omnes voluntates Dei custodiens ejus mandata, & ambulans in viis ejus ut dicitur. 3. Reg. 15. n. 5. Ambulavit in omnibus, quae praeceperat ei cunctis diebus vitae suae excepto sermone Uria, Et Paulus; qui fecit omnes voluntates meas, nam in universum, si in magno numero, unum vel alterum deficiat, dicitur facere, ut jam notavi c. 1. n. 1. ad illa verba Sermonem fecit, & Theophile de omnibus quae cepit Jesus facere, tamen Lucas non scripsit omnia, ut patet ex contextu Evangelistarum, sed magna partem, & ideo astruitur dixisse omnia.

58.

1. Reg. 13.

3. Reg. 15.

Act. 1.

Secundo D. Gregorius citatus premens verbum Vir secundum cor meum. sic ait, Potest intelligi Vir pro fortitudine, secundum cor Dei, pro interna charitate. Quando igitur necessitas exigit ad curam Sanctae Ecclesiae quaratur Vir, ut sit conversatio fortis. Quaratur secundum cor Dei, ut per affectum magnum quasi unius sit Divina voluntati. Assumitur David ad gubernandum populum Dei, & dicitur

59. D. Greg.